UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri Disertissimi, Opera quæ exstant omnia

**Sadoleto, Jacopo**

**[Francofurti], 1607**

Argvmenta Epistolarum librorum XVII. IAC Sadoleti Card.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69244

Visual Library

# ARGVMENTA EPISTOLARUM librorum XVII.

## IAC. SADOLETI CARD.

### LIBRO I.

EPIST. I. Narrat geſta itineris ſui, gaudetque ſe liberatum à moleſtijs.

II. Petit promiſſa ſibi ſeruari.

III. Agit gratias pro amico humaniter accepto.

IV. Narrat miſerias omnes, easq; ſe fortiter ferre.

V. Gratulatur amico de felici euentu, proſperamque fortunam ſuam narrat.

VI. Dolet amico non patuiſſe aditum, agitque gratias.

VII. Hortatur amicum ad ſumma quæque.

VIII. Commendat Franciſcum Binum, eumque ſummopere laudat.

IX. Commemorat beneuolentiam cum amico ſuo, & eum ſeque ſolatur in miſeriis.

X. Refutat amici conſilium.

XI. Laudat ſummopere amicum.

XII. Suum erga amicum animum beneuolum commemorat.

### LIB. II.

EPIST. I. Laudat librum amici Petr. Bembi Card.

II. Iterum laudat amici librum, excuſatque ſuum conſilium amico dandum.

III. Suadet amico bene ſperare de quodam, laudatque eius inſtitutum.

IV. Literas frequentiores petit.

V. Narrat quid egerit cum ſibi commendato; errorem ſuum excuſat.

VI. Librum ſuum commendat.

VII. Literas ſolidas expetit.

VIII. Laudat eum ad quem ſcribit, eumque hortatur, vt euoluat Ariſtotelis libros.

IX. Congratulatur amico de dignitate quam adeptus erat.

X. Laudat ſibi commendatum, captatque beneuolentiam.

XI. Scribit, quem dolorem hauſerit ex diſceſſu amici, eumque laudat.

XII. Diſſuadet amico acceſſum ad alias partes.

XIII. Laudat Thomam Caietanum Card. à patientia in rebus aduerſis.

XIV. Scri-

XIV. Scribit ſe ſeriò acturum de negotijs pacis, hortaturque Thomam Caietanum, vt ea de re ad ſe perſcribat.

## LIB. III.

EPIST. I. Inquirit à Frederico Fregoſio, quonam ſe conferet, abeoq; literas expetit.

II. Congratulatur Frederico Fregoſio de recepta valetudine, hortaturq; eum, ne maneat in Italia.

III. Capit conſilium cum amico ad quem locum ſint conuenturi.

IV. Narrat beneficia ſua ſibi collata à Frederico Fregoſio, excuſatque tarditatem literarum.

V. Scribit, quibus commentatorib. vſus ſit in explicatione Ep. D. Pauli ad Romanos, exponitq; ſuam ſententiam de Fide & operibus iuſtitiæ, alijsq; Theologicis.

VI. Scribit de interpretationib. variorum locorũ S. ſcripturæ.

VII. Scribit quid ſit tractaturus in rebus Theologicis & de futuro Concilio agit.

VIII. Deſiderat videre librum ab amico compoſitum.

IX. Excuſat ſe, quod minus frequenter ſcripſerit, gaudetque Mattheum Gibertum libros quoſdam edidiſſe, auetq; ſcire quanto omnino abſoluti erant.

X. Agit gratias eidem Mattheo pro libellis, quos ab eo dono acceperat, & hortatur eum, vt libellos alios edat.

XI. Laudat hoſpitem ſuum, eumque commendat Mattheo Giberto.

XII. Laudat Ægidium Cardinalem à beneuolentia animi, & aliquorum certior fieri deſiderat.

XIII. Laudat Ioannem Picum Mirandulanum ſcribitque de libellis, quos meditatur.

## LIB. IV.

EPIST. I. Hortatur Eraſmum, vt à contentionibus abſtineat, opemq; adferat fidei Catholicæ labenti.

II. Laudat Eraſmum atq; eius interpretationem Pſalmi.

III. Scribit de libello, quem meditabatur.

IV. Commendat quendam Deſiderio.

V. Agit de ſuo libello, quem ad Eraſmum mittit.

VI. Deſiderat fieri certior ab Eraſmo, in quo ſtatu ſit.

VII. Agit de ſententia Bonifacij Amerbachij de cœna Domini, agitque gratias pro dedicatione Baſilij Magni.

VIII. Reſpondet gratulationi Germani Brixij.

IX. Excuſat errorem cõmiſſum in commentarijs Epiſt. D. Pauli ad Rom. & nonnihil extenuat laudem ſuam, petitq; fieri certior à Germano Brixio de iudicio Theologorum de ſuo illo libro.

X.Excuſat tarditatem literarum, laudatque Epiſcopum Pariſienſem.

XI. Congratulatur Gulielmo Bellaio Card. de valetudine proſpera, laudatq; eum à conſtantia in aduerſis.

XII. Commendat eidem Gulielmo Paulum Sadoletum, eique congratulatur de nuptiis.

XIII. Petit à Pino Riuenſi Epiſcopo corrigi commentarium in Pſalmum XC.

XIV. Agit gratias Aug. Grimaldo pro acceptis ab eo beneficiis.

## LIB. V.

EPIST. I. Petit à Ioanne Saluiato corrigi ſuum commentariũ in Pſalmum XCIII. commendatq; ei Paulum Sacratum.

II. Agit Ioanni Saluiato gratias de beneuolo eius animo, recipitque excuſationem de commendato, hortaturq; vt de populo ſuo aliquam cogitationem ſuſcipiat.

III. Non eſſe agendas ſibi gratias, quòd Ioannis Saluiati nomen ſcriptis celebrare ſit aggreſſus.

IV. Solatur Albertum Pium in valetudine.

V. Agit Rudolpho Pio gratias pro miſſo indice eius librorum.

VI. indicat beneuolum animum ſuum erga Franciſcum Guicciardinum.

VII. Oſtendit ſuam erga Paulum Iouium beneuolentiam.

VIII. Hortatur Franciſcum Ripam ad librum edendum, eique agit gratias.

IX. Agit gratias Lazaro Bonamico, ſuumq; ei ſtatum indicat, ac de eius ſtatu fieri deſiderat certior.

X. Laudat Lazarum Bonamicum, quod ſuſceperit curam inſtruendi iuuentutem, hortaturque vt pergat: deſiderat & eum videre.

XI. Lazarus Bonamicus indicat Sadoleto, ſe nullo modo conſtituiſſe deferere onus inſtituendi iuuentutem.

XII. Laudat Sadoletum à diligentia, redditq; eum memorem promiſſi.

XIII. Excuſat ſe, quod Lazarum Bonamicum hortatus fuiſſet, rurſusq; vt profeſſioni literarum Philoſophiam adiungat, monet.

XIV. Laudat Aonium Palearium, & ſuum fert de eius ſcriptis iudicium, & literas petit frequentiores.

XV. Laudat poëma Aonij hortaturq; vt in ſtudiis poëtices eo animo pergat, quo cœpit.

XVI. Laudat librum Aonij de immortalitate animorum carmine conſcriptum, rogatque Gryphium vt cum Vida & Actio Syncero typis ſuis excudat.

XVII. Philoſophiam vel plurimum ad Theologiam ait conducere,

cere, petitq́; à Galeatio Florimonte ſuum in Pſalmum XCIII. commentarium corrigi.

XIIX. Dicit de variis eruditis ſui temporis hominib. ſuamq́; aduerſam fortunã narrat, ponitq́; cauſam diſceſſus ſui ex vrbe Roma.

## LIB. VI.

EPIST. I. Commendat Paulum Sadoletum Ioanni Bellaio.

II. Agit gratias Ioanni Bellaio fratriq́; eius Langæo pro acceptis ab eo beneficiis.

III. Gratias refert Bellaio ꝓ beneficiis Paulo Sadoleto collatis.

IV. Narrat miſeriam ſuam alienamq́ue, congratulaturq́; Antonio Prato de adepta dignitate.

V. Commendat Antonio Prato Ioannem Fraxinum ad ſacerdotium aſpirantem, vt ei procuret munus aliquod Eccleſiaſticũ.

VI. Scribit Antonio de morte Coſſinerij Aquenſis Præpoſiti, eumq́ue ſummopere laudat, petitq́; ne ſe ſuosq́; deſerat.

VII. Agit gratias Antonio pro Paulo Sadoleto liberaliter ab eo accepto, & q̃dã cõmemorat de ſuo in Epiſtolas Pauli cõmẽtario.

VIII. Gratiam habet Antonio Prato pro teſtimonio veri pro ſe dato, ſuumq́; erga regem animum commemorat.

IX. Declarat lætitiam ſuam, gaudetq́; D. Pauli Epiſtolas publicè explicari, laudatque inſtitutum.

X. Excuſat tarditatem literarum, congratulaturq́ue Franciſco Turnonio de adepto honore.

XI. Teſtatur ſuum erga Franciſcum Turnonium deſiderium.

XII. Congratulatur Antonio Puccio Cardinali, quod ſucceſſerit in locum Laurentii Puccii patrui ſui, quẽ ẽt ſummopere laudat.

XIII. Commendat Paulum Sadoletum Ioanni Lotharingo.

XIV. Agit gratias Ioanni Lothoringio pro auxilio & ope Paulo collata.

XV. Commendat ſuam beneuolentiam erga Lothoringium.

XVI. Scribit Ioanni Lothoringio ſe comiter excepiſſe Florentium Voluſenum eiq́; eundem commendat.

XVII. Cõgratulatur N. Acromõtio de amplificatiõe dignitatis.

XVIII. Auguſtinum Triuultium laudat, iubetq; Pontifici ſcribere, cui illum commendaſſet.

XIX. Congratulatur Aug. Triuultio, quod populos quoſdam Pontifici commendauerat.

XX. Narrat quædam de negotiis publicis, petitq́; ab Aug. Triuultio, vt de eiſdem rebus cum Pontifice agat.

## LIB. VII.

EPIST. I. Suum beneuolum animum commemorat & congratulatur Benedicto Accolto de dignitate quam erat cõſecutus.

II. Benedictus Accoltus offert Iac. Sadoleto operam ſuam in quauis re, eumq; hortatur vt ad ſe veniat.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

III. Laudat prædictum Accoltum à virtute conſtantiæ in amicitia, eiq; ſuam erga eum voluntatem commemorat.

IV. Petit à Benedicto vt Antonium Gornazanum procuratorem ſuum hoſpitio ſuſcipere dignetur.

V. Agit gratias Benedicto pro beneficijs ſibi ab eo collatis.

VI. Laudat Epiſtolas Benedicti Accolti à ſermonis elegantia, eiq́; congratulatur, quod ad tantam literarum doctrinam pertigerit: ſcribitq́; de miſerijs reipub. ſeq́; ipſum ſolatur.

VII. Narrat felicem ſucceſſum pugnæ Heluetiorum contra hæreticos, in quorum numero erat Zuinglius, qui eo prælio eſt interfectus.

VIII. Paul. Sadoletũ conſtituit in ſocium & adiutorẽ ſuę Eccleſiæ adſciſcere, declaratq́; iudicium ſuum de publicis negociis.

IX. Commendat Accolto Didacum Mendoſam, vt eum in amicitiam recipiat.

X. Solatur Accoldum in morte patrui, atque congratulatur de rebus bene geſtis.

XI. Commemorat beneficia & amorem ſibi præſtitum à Bloſio Palladio.

XII. Excuſat tarditatem literarum ſuarum, agitq́; gratias Vbaldino Bandinello, quod ſuæ prouinciæ cauſam tam accuratè apud Pontificem egiſſet, eiq́; indicat, quis ſit præfectus ſtatui prouinciæ ſuæ.

XIII. Congratulatur Laurent. Campegio de reb. bene geſtis, indicatq; ſe bene ſperare de tollendis & exterminandis hæreticis.

XIV. Laudat Hippolytum Medicem, quod Antonium Pulleonem Burgium largo congiario proſecutus ſit, quo Antonius nubiles filias ſuas nuptum daret.

XV. Reſpondet Hippolytus Medices laudibus illius dotis, easq́ue extenuat.

## LIB. VIII.

EPIST. I. Laudat Iacobum Sadoletum Polus Card. hortaturq; vt Paulum ad Theologiam promoueat, ſeq́ue in eadem ſcientia exerceat.

II. Laudat Reginaldum Polum, eiusq́; monitis reſpondet.

III. Reginaldum laudat, ſuumque erga eum beneuolum animum indicat.

IV. Reddit rationem, cur in artibus liberalibus & maximè in Philoſophia tempus ſuum conterat.

V. Scribit ſe curaſſe librum ſuum typis excudi.

VI. Congratulatur Hieronymo Nigro de doctrina eius, narratq́; quomodo tempus ſuum tranſigat.

VII. Congratulatur Sadoleto Niger, quod à belli tumultu liber ſit, ſuadetq́; ei, ne domicilium mutet.

VIII. Laudat Hieronymi Nigri deſiderium erga literarum ſtudium, docetq́; de morte Leonis.

IX. Petit ſibi à Nigro procurari profeſſorem literarum.

X. Curat quoſdam ex ſuis amicis per Nigrum ſalutari.

XI. Indicat conſilium ſuum, quo decreuit ad Calendas Maias Patauium proficiſci.

XII. Reprehendit argumentum carminis Ludouici Pariſeti.

## LIB. IX.

EPIST. I. Congratulatur Paulo III. quod ad Pontificatum ſit euectus, eumque ſummopere laudat.

II. Indicat Paulo III. Pont. Max. cauſas, cur Paulum ſuum ad eum miſerit, Pontificemq́ue laudat.

III. Agit Paulo III. Pont. Max. gratias pro beneficiis ab eo acceptis.

IV. Congratulatur Alexandro Farneſio de honore & dignitate, quam erat conſecutus, hortaturque vt Pont. Max. Vidam imitetur.

V. Reſpondet hic monitis Sadoleti, petitq́ue vt ſibi in ſuis rebus auxilio ſit.

VI. Laudat Epiſtolas Sadoleti ad Alexand. Farneſium miſſas, petitq́; ab eo, vt ſubinde ſimiles literas mittat Farneſio.

VII. Reſpondet literis præcedentibus Ioan. Petri Craſſi.

VIII. Congratulatur Gaſparo Contareno de fortuna proſpera, eiq́; gratias agit pro beneficiis ſibi ab eo collatis.

IX. Commemorat ſuum beneuolum animum erga Contarenū agitq́; de explicatione quorundam locorum Epiſtolæ D. Pauli ad Rom. in ſuis commentariis explicatorum, petitq́ue à Contareno, vt curet ne ſuus liber Venetiis ante ſecundam editionem Lugdunenſem imprimatur.

X. Agit de quibuſdā Theologicis, cōmunemq́; miſeriā narrat.

XI. Extenuat laudem ſuam agitque gratias Archiepiſcopo Capuæ pro beneuolo erga ſe animo.

XII. Teneri ſe deſiderio Marij Maffæi, laudem ſuam extenuat, petitque ab eo corrigi ſuum librum.

XIII. Agit gratias Grano Siguiæ & Mario Aligero pro acceptis ab eo beneficijs.

XIV. Indicat ſe teneri deſiderio Marij Maffæi hortaturq́; eum vt ad ſe veniat.

XV. Laudat Antonium Surianum, quod defenderit ſuam innocentiam, beneuolentiamq́ue complectitur.

XVI. Reddit rationē ſui itineris ad vrbē, narratq́; quid ibi agat.

XVII. Commemorat mutuam amicitiam inter ſe & Benedictum Accoltum.

XVIII. Re-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XVIII. Reſpondet Coſmo Gereo, qui ſe ad hoſpitiũ inuitârat.

## LIB. X.

EPIST. I. Narrat creatũ ſe Cardinalem Herculi Ferrariæ duci.

II. Idem epiſtola hac commemorat.

III. Agit idem ſequentibus epiſtolis.

VI. Scribit de nouo ſuo ſtatu, quo animo illum ſit aggreſſus.

VII. Laudat Claudiũ Rangonũ, eiusq; gratulationi reſpondet.

VIII. Reſpondet gratulationi Franciſci Bellencini.

IX. Laudat epiſtolas Bembi, narratq; miſeriam ſui ſtatus.

X. Reſpondet gratulationi Andreæ Alciati Iureconſulti miſeriasq; ſui ſtatus commemorat.

XI. Reſpondet gratulationi Romuli Amaſæi, eiq; gratulatur de doctrina.

XII. Reſpondet gratulationi Achillis Bocchii.

XIII. Reſpondet gratulationi Lazaris Bonamici.

XIV. Reſpondet gratulationi Auguſtini Beatiani.

XV. Reſpondet gratulationi Lilij Gregorij.

XVI. Reſpondet gratulationi Hieronymi Vidæ Poëtæ egregij.

XVII. Germanus Brixius Iacobum Sadoletum monuerat, ne in honoribus animum mutet, cui reſpondet Sadoletus.

XVIII. Suum beneuolum animum erga Fredericum Nauſeam commemorat: & ſententiam de concilio habendo exponit.

XIX. Laudat literas Ioannis Bellaij, dicitque ſe non defuturum reipub. officiis.

XX. Suadet Ioanni Bellaio, vt amœnum locum deligat, in quo æſtatem tranſigat, redditq; eũ certiorem de concilio prorogato.

XXI. Reddit Reginaldum Polum certiorem de reipub. turbis.

## LIB. XI.

EPIST. I. Petit adſcribi in albũ amicorũ Georgij ducis Saxoniæ.

II. Reſpondet Sadoletus Epiſtolæ Georgij Ducis Saxoniæ, qui ſe in amicitiam aſſumpſerat.

III. Reſpondet opinioni Georgij, qua putabat, ſtatum reipub. non commodè regi poſſe, ſi qui præſunt & imperium obtinent, ij non ſingulari inter ſe coniunctione animorũ ſint concordes: illam opinionem laudat, reddit eum certiorem de concilio futuro, petitq; ab eo conſilio iuuari.

IV. Narrat geſta conſilij in vrbe Nicæa; excuſata primò tarditate literarum.

V. Amplectitur Iulium Pflugium in ſuam amicitiam.

VI. Laudat libellum Ioannis Cochlæi; ſcribit quędam de Cõcilio; petit libellum Alberti Pighij, quem conſcripſerat de Eccleſiæ principatu.

VII. Dubitat an & quomodo fiet concilium de Repub. laudat



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iulij Pflugij beneuolentiam; laudat iudicium Cochlęi de ſua oratione, eiusq; librum probat conſcriptum in veſanas Lutheri declamationes.

VIII. Exponit dolorem ſuũ de morte Georgij Ducis Saxoniæ.

IX. Indicat dolorem de morte principis Georgij, ſuumque animum erga Cochlęum declarat.

X. Petit a Gulielmo Bauariæ Duce Stocamerum quo cum ſua conſilia communicet.

XI. Reddit cauſam, quare fuerit ſollicitus.

XII. Excuſat tarditatem ſuarum literarum, ſcribit quædam de publicis miſeriis, laudat Gulielmum Bauariæ Ducem, ſuamque ei operam defert.

XIII. Laudat deſiderium Gulielmi erga fidem tuendam.

XIV. Laudat Franciſcum Fregepanum, eiusq; deſiderium erga religionem.

XV. Lætatur de confirmatione Eccleſiarũ, & mutatis capitib.

XVI. Hortatur Fregepanum in publicis miſeriis prouidendis officio ſuo non deſit, eumq; ſolatur in voce populi, dicentis libertatem eius potiùs eſſe ſuperbiam.

XVII. Excuſat tarditatem literarum, & quod ad hæreticum ſcripſerit.

XVIII. Narrat incommoda ex eo prouenientia, quod concilium non fuerit habitum, ſolaturq; Ioannem Archiepiſcopum Vpſalenſem, qui miſeriæ fluctibus iactabatur.

## LIB. XII.

EPIST. I. Petit ab Alexandro Farneſio, vt Auenione aliquem conſtituat, qui vices ipſius agat, aſſidueque in ea vrbe commoretur.

II. Petit à Farneſio, vt pro ſe intercedat apud Paulum III. Pont. quo tempus abſentiæ ſuæ ab Vrbe prorogetur in proximum Aprilem.

III. Gratulatur Farneſio de ipſius familiæ aucta dignitate.

IV. Laudat Farneſium, qui in augendo honore Bembi aſſiduus fuit, petitq; ſuo nomine agi gratias ſummo Pontifici.

V. Petit à Farneſio excuſari, quòd Romam venire nequeat, exponit cauſas, quare Carpentoracti manere debeat: conqueritur, quòd Iudæi vbiq; extollantur: pauperes Catholici deprimantur, cenſetq; illi rei eſſe occurrendum.

VI. Congratulatur Farneſio de itinere feliciter peracto, gratiasq; agit, quòd eius commendatione apud Pont. voti ſit compos redditus.

VII. Exponit dolorem ſuũ, quo erat affectus ex eo, quòd Hieronymus Alexander Brunduſius Cardinalatu defunctus erat, petitq; tacitè à Pont. Max. eum in priſtinam dignitatem reſtitui.

VIII. Ex-

VIII. Excuſat ſe Pont.Max.cur nequeat Romam venire.

IX. Commendat Pontifici Pet. Bembum, vt eum in ordinem Cardinalium aſſumat.

X. Commendat Pontifici Max. Gregorium Corteſium Abbatem, vt eo numerum Cardinalium ſuppleat, vt accidit.

XI. Commendat Pontifici Hieronymum Capoferreum Nicenſium Epiſcopum, & Thomam Campegium Epiſcopum Feltrenſem pro ordine Cardinalatus.

XII. Petit à Pontifice iuuari aliquibus ſubſidiis & bonis Eccleſiaſticis, quod ijs ſummopere egeat.

XIII. Solatur Pontificem in morte matronæ cuiuſdam.

XIV. Gratulatur Pōtifici, quod geminis pronepotib. ex Imperatoris filia & nepote eius in lucem editis ſpes pacis affulſerit.

XV. Hortatur Guidum Aſcanium, vt prouideat in negocio Iudæorum, qui Chriſtianos ſuis priuilegiis vexant.

XVI. Excuſat ſe de quibuſdam, quæ ſcripſerat Guido Aſcanio, ſcribit de quibuſdam improbis ſuperiorib. deq; negotio Iudæorũ.

XVII. Laudat Guidũ, quod ꝑ ſuis populis in Iudæorũ negocio laborarit, ideoq; ei gratias agit, petitq; ab eo, ſi adhuc alicuius rei mentio incidat, vt ius populi ſui contra Iudæos tueatur.

XVIII. Gratulatur Marcello Ceruino de adepto Epiſcopatu.

XIX. Congratulatur Hippolyto Eſtenſi, quod in ordinẽ Cardinaliũ ſit aſſumptus, eiq; ſuum erga eum officium commemorat.

XX. Suum officium commemorat, laudatq; Polum.

XXI. Congratulatur Frederico Fregoſio de Cardinalatus honore, quem erat conſecutus.

XXII. Indicat Gregorio Corteſio Abbati ſuum erga eũ officiũ.

## LIB. XIII.

EPIST. I. Cōmemorat miſeriam Poli, ſuumq; erga Contarenũ deſideriũ, cōmendatq; ei vt cauſas Ducũ Bauariæ ſedulò agat.

II. Ponit ſententiam ſuam de iuſtificatione & caritate.

III. Commendat Contareno ſuos populos prouinciamq; ſuam afflictam.

IV. Mittit Contareno librum de ædificatione Eccleſiæ, quem corrigi petit, eiq; ſuos populos commendat.

V. Petit à Reginaldo Polo vt beneficia ei præſtita verbis commemorare deſinat, ei congratulatur, quod ſaluus ad vrbem aduenerit: negocium Iudæorum deplorat.

VI. Extenuat beneficia ſua, quæ Polo prẹſtiterat, & in ſe collata exaggerat, petit efficiat ne Romam reuocetur.

VII. Reſpondet Gul. Poieto ſcribenti Sadoleto mirari ſe, quod pecunia egeret, agit ei gratias regique, quod eorum beneficio in pace viuat.

VIII. Commendat Poieto Albertum Pighium.

IX. Offert

IX. Offert operam ſuam Poieto Regiq́ue.

X. Congratulatur Poieto de bonis omnibus ablatis ab eo iniuſte & ſine cauſa ei reſtitutis.

XI. Solatur Petrum Carafam in miſeriis publicis.

XII. Agit Franciſco Quignonio gratias pro beneuolo erga ſe animo, redditque cauſas cur ad vrbem accedere nequeat.

XIII. Laudat Dionyſium mutuamq́; amicitiam commemorat.

XIV. Mutuam cum Dionyſio Card. amicitiam commemorat.

XV. Petit à Dionyſio librum ſuum de ædificatione Eccleſiæ legi & corrigi.

XVI. Commemorat dolorem, quem perceperat, quòd audiſſet Dionyſium eſſe mortuum.

XVII. Petit à Marcello Ceruino librum ſuum corrigi.

## *LIB. XIV.*

EPIST. I. Laudat Polum & epiſtolam Ioannis Marij: quoddam tamen vitium in eo reprehenditur, quod nimis magnam iudicij ſui opinionem haberet.

II. Veterem & mutuam amicitiam commemorat offertq́ue ſuam operam Nicolao Rodulpho.

III. Reddit cauſam, cur rarius ſcribat ad Rodulphum.

IV. Mittit Saluiato librum de extructione Catholicæ Eccleſiæ, ſcribitque ſe laboraturum ſedulo, vt aliquam opem reipub. adferat.

V. Commendat Alexandro Cęſarino patrocinium ſuorum populorum.

VI. Agit gratias Alexandro, ꝙ populis ſuis patrocinatus fuerit.

VII. Mittit Iacobo Symonetę orationem ſuam corrigendam, ſcribitq́; de oratione quadam ad amicos mittenda, ſollicitum ſe eſſe ait, an Iacobus ſaluus Romam peruenerit.

VIII. Congratulatur Iacobo, quod ſaluus Romam peruenerit, & ſuorum populorum patrocinium commendat.

IX. Agit gratias Franciſco Turnono, quod populũ ſuum à militibus liberarit, eiq́; commendat Albertum Pighium.

X. Petit cognoſcere ex Ambroſio Catharino quid agat, & quibus ipſe rebus occupetur indicat.

XI. Laudat librum Ambroſij de originali peccato.

XII. Ponit iudicium ſuum de libro Ambroſij Catharini de originali peccato.

XIII. Laudat librũ Ambroſij Catharini de Iuſtificatione, eumq́ue hortatur, vt cito edat librũ de prouidẽtia & prædeſtinatione.

XIV. Declarat in publicis miſerijs ad Deum eſſe confugiendum, habendumq́; eſſe concilium: Laudat librum Hermanni Archiepiſcopi Colonienſis de ſacramentis, ſuumq́; iudicium de eo ponit.

XV. Com-

XV. Commemorat mutuam amicitiam, ſuamq́ue ei operam affert.

## LIB. XV.

EPIST. I. Laudat Herculem Gonzagam, cui data erat Mantua regenda, eum inſtruit ad regendum probè; declarat Italiam modò in hac calamitate verſari, quòd malos rectores habuerit.

II. Indicat dolorem ſuum ex morte Laurentij Campegij Epiſcopi fratris; eumq; ſolatur.

III. Gratulatur Ioanni Morono, qui Bononienſis legatus erat, eiq; commendat Hieronymum Gratum.

IV. Mittit Gregorio Corteſio librum ſuum, eumq́ue corrigi poſtulat.

V. Ponit iudicium ſuum libri Sadoleti de Purgatorio; ſcribit animos omnium eſſe ſuſpenſos, quid publicis rebus fiet.

VI. Laudat Iacobum Sabellum, cumq́ue eo firmam petit amicitiam.

VII. Petit ab Antonio Perenotto curari, vt ſua oratio in manus Cæſaris tradatur.

VIII. Indicat Ioanni Toletano cauſas, quibus detinetur, quò minùs iuſſu Pontificis Romam venire queat; eiq́ue illud negotium commendat.

IX. Laudat Ranutium Farneſium, eumq́ue hortatur, vt in virtutibus pede certo pergat.

X. Diſſuadet Ranutio Farneſio Cardin. ne eat ad ius, ſed ad Theologiam, virtutesq́ue eum hortatur.

XI. Reſpondet laudibus, quas ad ſe Chriſtophorus Madrucius miſerat.

XII. Solatur Chriſtophorum Madrucium de morte fratris.

XIII. Commemorat beneuolentiam mutuam, eiq́ue commendat Ioannem Marſupinum.

XIV. Scribit quid Romæ exiſtens ibi agat.

XV. Reſpondet gratiarum actioni Henrici Luſitani; hortatur vt deſiderium erga fidem ſeruet: curetq́ue vt frater ipſius rex idem deſiderium non permittat interrumpi.

XVI. Laudat poëma Georgij Cœlij Luſitani.

## LIB. XVI.

EPIST. I. Ponit iudicium ſuum de libro Alberti Pighij de hierarchia Eccleſiaſtica, ſuamq́ue erga eum beneuolentiam indicat.

II. Iocatur cum Lazaro, eiq́ue commendat Paulum Sacratum ad eius ſcholas ire deſiderantem.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN